



13
Pla. 35. num. 8

Q. D. B. V.
DISSERTATIO IVRIDICA IN AVGVRALIS,
DE
NECESSARIA IVDICIS
AD VLTIMVM VSQVE
EXECVTIONIS CRIMINALIS
ACTVM PRAESENTIA

1759, 7.
QVAM,
SVFFRAGANTE MAGNIFICO JCTORVM
ORDINE,
SVB PRAESIDIO,
DN. ERN. IO. FRIED. Manzeln,
SEREN. DVCIS REGN. MEGAP.
CONSILIARI ET CONSIST. GRAVISSIMI, ITEMQVE
PAND. PROF. P. O. FAMIGERATISSIMI, TOTIVS ACAD.
ET AMPL. FACULT. IVRID. SEN. VENERANDI ET AD H. A.
DECANI SPECTABILISSIMI, STVDIORVM SVORVM
PROMOTORIS MAXIME COLENDI,

PRO LICENTIA
S V M M V M I N V T R O Q V E I V R E
GRADVM CAPESSENDI,
ANNO MDCCLIX. DIE XXX. AVGUST.
H. L. Q. C.

IN AVDITORIO CELEBERRIMAE AD VARNVM
ACADEMIAE,

PUBLICE DEFENDET
IOH. FRIE DER. TADDEL,
ROSTOCHIENSIS.

ROSTOCHII,
LITTERIS ADLERIANIS.



ПАМЯТЬ
СВЯТОГО ГЕОРГИЯ ПОДОЛСКОГО
СВЯТИХ АПОСТОЛ
ПАВЛА АПОСТОЛА
И АПОСТОЛА ПАУЛА
ПАМЯТЬ СВЯТОГО ГЕОРГИЯ ПОДОЛСКОГО
СВЯТИХ АПОСТОЛ
ПАВЛА АПОСТОЛА
И АПОСТОЛА ПАУЛА
ПАМЯТЬ СВЯТОГО ГЕОРГИЯ ПОДОЛСКОГО
СВЯТИХ АПОСТОЛ
ПАВЛА АПОСТОЛА
И АПОСТОЛА ПАУЛА
ПАМЯТЬ СВЯТОГО ГЕОРГИЯ ПОДОЛСКОГО
СВЯТИХ АПОСТОЛ
ПАВЛА АПОСТОЛА
И АПОСТОЛА ПАУЛА
ПАМЯТЬ СВЯТОГО ГЕОРГИЯ ПОДОЛСКОГО
СВЯТИХ АПОСТОЛ
ПАВЛА АПОСТОЛА
И АПОСТОЛА ПАУЛА
ПАМЯТЬ СВЯТОГО ГЕОРГИЯ ПОДОЛСКОГО
СВЯТИХ АПОСТОЛ
ПАВЛА АПОСТОЛА
И АПОСТОЛА ПАУЛА
ПАМЯТЬ СВЯТОГО ГЕОРГИЯ ПОДОЛСКОГО
СВЯТИХ АПОСТОЛ
ПАВЛА АПОСТОЛА
И АПОСТОЛА ПАУЛА
ПАМЯТЬ СВЯТОГО ГЕОРГИЯ ПОДОЛСКОГО
СВЯТИХ АПОСТОЛ
ПАВЛА АПОСТОЛА
И АПОСТОЛА ПАУЛА
ПАМЯТЬ СВЯТОГО ГЕОРГИЯ ПОДОЛСКОГО
СВЯТИХ АПОСТОЛ
ПАВЛА АПОСТОЛА
И АПОСТОЛА ПАУЛА
ПАМЯТЬ СВЯТОГО ГЕОРГИЯ ПОДОЛСКОГО
СВЯТИХ АПОСТОЛ
ПАВЛА АПОСТОЛА
И АПОСТОЛА ПАУЛА
ПАМЯТЬ СВЯТОГО ГЕОРГИЯ ПОДОЛСКОГО
СВЯТИХ АПОСТОЛ
ПАВЛА АПОСТОЛА
И АПОСТОЛА ПАУЛА
ПАМЯТЬ СВЯТОГО ГЕОРГИЯ ПОДОЛСКОГО
СВЯТИХ АПОСТОЛ
ПАВЛА АПОСТОЛА
И АПОСТОЛА ПАУЛА

PER·ILLVSTRI DOMINO,
DOMINO
CHRISTIANO LVDOVICO
TADDEL,
SERENISSIMI MEGAPOLENSIVM
PRINCIPIS REGNANTIS,
CANCELLARIAE IVSTITIAE,
AC
CONSISTORII SIMVL PER TRIENNIVM
DIRECTORI GRAVISSIMO,

NEC NON
EXCELLENTISSIMO ATQVE CONSVL-
TISSIMO DOMINO,
DOMINO
IOACHIMO FRIDERICO
TADDEL,
STATVVM PROVINCIALIVM
MECKLENBURGICORVM
SYNDICO PRIMARIO ET DOCTORI IURIS
LONGE MERITISSIMO,
DOMINIS PATRVIS, AC MAECE-
NATIBVS SVIS
AD TVMVLVM VSQVE DEVENERANDIS,

PER ILLATI DOMINI
DOMINI
LUDOVICO
HOC,

QVIDQVID EST, LABORIS ACADEMICI,
OBSEQVII CAVSA, ET PRISCA OFFICII FIDE,

D. D. D.

SIMVL ETIAM, VT QVALECVNQVE PRAE-
SENS GRATISSIMI, OB PLVRIMA IN
SE COLLATA BENEFICIA,

DOCUMENTVM ANIMI,

PROPITIIS MENTIBVS ACCIPIANT, SIBIQUE
NVNQVAM NON FAVERE VELINT,

QVA OPORTET PIETATE,

VNA CVM OMNIGENAE FELICITATIS-
VOTO,

ETIAM ATQVE ETIAM ROGAT,

ILLORVM NOMINVM

OBSEQVIOSISSIMVS CVLTOR
IOH. FRIED. TADDEL.



INGRESSVS.

Praecipuum in officio iudicis est causarum exacta cognitio, et ad ordinem a legibus præscriptum curata discussio. Quam maxime autem in foro criminali strictissima delictorum inquisitione, eaque gravissima opus, antequam pecuniarum habeatur ratio, ne inde damnum emergat irreparabile. Quod idem et æque Imperator, art. 150. C. C. graphicè disponit, verbis: Zu grossen Sachen, als zwischen dem gemeinen Nutzen und der Menschen Blut zu richten, gehört grosser ernstlicher Fleiß, und derselbe soll auch angewendet werden. Add. B. MÜLLERI Disp. de festim. jud. illicita; ne, cum censura superiorum, de qua vid. doctrina de crimine Syndicatus, judex se private satisfactionis periculo exponat, art. 20. et 61. C. C. Circumspectissime igitur procedat, in delictis capitalibus

S A T T

A

nec

nec gravetur causam criminalem semel atque iterum
a capite ad calcem perscrutari. Absit tamen tarditas
supina, ut, quantum fieri potest, processus abbrevietur,
et sententia definitiva subsequatur. Hac, pro partibus
officii aut concepta, aut aliunde impetrata, nec non
observatis illis, quæ ad remedium novæ defensionis,
repetitæ transmissionis, et confirmationis superiorum
pertinent, de hoc sedulo cogitandum, quod ad legalem
sententiæ criminalis executionem spectat. Formentur
sessiones ad ultimum usque, jubeatur diligens vinculorum
inspeccio, adhibeatur sufficiens custodum numerus, ne
inquisitus cum ludibrio publico se abripiat repente. Addu-
catur reus, qui formatis articulis brevibus et succinctis
respondeat. (De casu revocationis in hoc examine
solemni infra dicendi locus erit.) Fiat protocollo
urgichtæ, nec quidquam negligatur de cæteris loci cuius-
vis solemnibus. Facta tandem publicatione sententiæ
criminalis, detur actui finis. Ast enim vero non in totum
dissolvatur judicium, ita, ut singuli domum revertantur.
Causæ gravitas id omnino habet, ut judicii Præses pariter
ac Secretarius comites existant, ad executionis locum, nec
pedes removeant prius, quam omnia plane pleneque sint
expedita. Quod ultimum est in themate dissertationis.
Fave L. B. huic instituto, si que irrepserint incongrua,
bonum age virum, et cuncta in meliorem partem inter-
pretare. Deus vero adsit coepitis illaque felicissimo
beet eventu.



T R A-



TRACTATIO.

§. I.

Sic in eo jam vertetur opera, ut, quid præsidii ad dictum argumentum adferre queam, experiar. *Pandamentum.*
Quod facturo mihi in proclivi est probare, quod necessitas illa præsentia judicis ad ultima executionis usque, non demum ab impositione et lege superioris, sed ex ipsa variorum casuum contingentia, proveniat. Proxime inmititur Nemesi Carolina, cuius proinde tenor primo omnium loco proferendus. Ita vero *artic. 96.*

„Soll der Richter den Armen dem Nachrichter befehlen, und bey seinem Eyd gebiethen, die gegeben Urtheil getreulich zu vollziehen, damit vom Gericht aufstehen, und darob halten, damit der Nachrichter die gesprochen Urtheil mit guten Gewahrsam und Sicherheit vollziehen möge.“
add. *artic. seq.*: „So der Nachrichter den Armen auf die Richtstatt bringet, soll der Richter öffentlich gebiethen, dem Nachrichter feinerley Verhinderung zu thun, auch ob ihm mistung nicht Hand anzulegen. Denique *artic. 98.*: „Wann dann der Nachrichter fragt, ob er recht gericht habe, so soll derselbig Richter ungefährlich auf diese Meynung antworten:“

Quis est qui non perspiciat, quod Imperator judicis præsentiam ad extrema usque necessariam reperteret, eamque tum ipsius perimendi causa, tum etiam pro ipso judicis officio explendo, constituerit prudenter.

§. II.

Quibus fundamenti loco positis, instituti ratio *Casus revocatio.*
jam postulat, ut sequentibus simul etiam necessitatem *hanc nis.*

hanc ex varietate casuum, s^ep numero emergentium, exponam. Non unum est, post sententia publicationem, ad ultimum usque executionis actum, contingens, quod arbitrum exposcit in arena. Quapropter nullus dubito, quin, distincta singulorum mentione facta, quæstionibus in hanc causam venientibus, una cum decisionibus opportuna vindicem loca. Fac ergo, inquisitum, confessionem suam in judicio solemni, vel cum inde deducitur, vel in ipso loco supplicii et morris subeundae momento, revocare. Hic utique præst^t si jūdex. Vox legis Carolinæ artic. 91. ita habet: Soll der Richter die = Schöpfen = fragen, ob sie die verlesene Urgicht gehört haben? und so sie ja dazu sagen, so soll der Richter in allwegen bey den Rechtsverständigen = Raths pflegen.

Non ab una parte stant interpretes. CARPZOV.
Pr. Crim. Q. 126. n. 65. tradit: *et si Imperator nil certi decidat, attamen illius mentem haud aliam fuisse, quam ut depositioni Scabinorum juratæ fides habenda, reusque sit condemnandus.* Verum curatores non faciunt cum illo, quod verba: *Bey den Rechtsverständigen Raths pflegen,* — — satis superque innuant executionis dilationem. Vid. KAYSER *Pr. Crim. Cap. X. §. 9. I V D. Crim. Proc.*
Cap. X. §. 17. KRESS aliisque ad art. cit. BRYNNEM.
Pr. ing. Cap. X. n. 22. Quorum quidem sententiae legi maxime conformi suffragor. Solemnis illa Scabinorum interrogatio non amplius est in usu, nec opus cautela, quam vulgo commendant, ut ratificationis actui Notarius cum testibus intersit, ac desuper solemne conficiat instrumentum. vid. HOMMEL *diss. de ratificatione confessionis*, §. 18. Ad probandam confessionem plane sufficit fides judicialis. BERGER *jurispr. crim. Quæst.* 8. pag. 256. et 58. WERNH. *select. obs. P. 3. observ.* 148. Cardo rei totius vertitur in hoc, ut collegium quoddam juridicum de validitate revocationis cognoscat; ideo-

ideoque non potest non executio suspendi, reusque in custodiam reduci. Inquiratur in causas abnegationis, quibus cognitis atque perspectis, acta I Ctorum judicio submittenda sunt, eorumque consilium de futuro simili implorandum. Quo demum factō secundum subsequentis sententiae tenorem procedatur.

*Tollerunt inde
inclusi C. et dicitur de iudicis sententiis*

§. III. *Ceterum, quamvis verba art. 91. C. C. in aliis regimur Continua-*

tio.

judices tantum non omnes obligare videantur, ut transmittrant ad extraneos acta. Distinguo tamen inter Dicasteria Principum, majorum civitatum Magistratus, et inter Senarum oppidanum ac nobilium iustitiarios. Voluntatis esse transmissionem, qua collegia illustria et civitates imperiales, testem habeo Domin. KRESS. ad art. 28. §. 1. n. 1. it. BRVNN. Cap. 8. n. 20. Cons. 108. n. 20. Cessat enim legis ratio. De crassa judiciorum criminalium ignorantia ipse Imperator passim queritur, art. 18. 73. 150. etc. ideoque non potest non judices ad I Ctorum collegia alegare. Constituto autem judicio probis, jurium peritis viris arguē doctis, lex quoque transmissionis cessat. Et quis est, quem fugiat, Principium collegia iustitiae instructa esse viris sat magnae famae et eruditio[n]is, pariter ac majorum civitatum magistratum tenere Consules ac Senatores, qui cum notitia legum dextram caru[m] faciunt applicationem. Primam igitur et secundam, facta revocatione, sententiam definitivam jure suo conceipiunt. Qua Cancellarium Duc. Meckl. hoc ipsum disponit, Ordinatio de 1659. P. 2. Tit. 44 §. 4. seqq. Quando facultatem transmitendi acta criminis ad specialem Serenissimi dispensationem restringit. Senatus tandem oppidanus, nobiliumque iustitiarii sanctione Carolina obligantur ad extraneos confugere, indeque consilium petere. Vid. BERG. El. crim. P. II. obs. 27. it, Pactio hereditaria Meg. de 1755. §. 425.

A 3

§. IV.



§. IV.

*De iterata
revoca-
tione.*

Quid, si inquisitus post approbationem auctorum et confirmatoriam denuo inficiatur, sive nulla nova et revocationis qualitate argumenta profert? Vt vero hoc ipso ejus malitia evidenter dispalescit, ita etiam simpliciter tunc, et non attento innocentiae clamore novo, ad ultima erit pergendum. Definiunt hoc verba §. 36. Disp. B. ICti. Regiom. Io. AMSELI de eo, quod extreum judiciale acclum et executionem sifit. Non ignari sumus, tradit, omnibus iis, qua condemnationem praecedere, et ante illam ponderari debent, rite et exacte obseruatis, solam revocationem non posse legitime factam condemnationem retundere. Interim tamen, si revocatio sit qualificata, nec non verosimilibus et novis innocentia argumentis firmata, arbitramur, quandoque justissimam ejus differenda adesse posse causam.

§. V.

*De tertio
interveni-
ente.*

Vlterius dicendi locus erit de tertio interveniente, qui actum executionis reclamar, innocentiam moribundi demonstratus. Cujus quidem generis memorabile exemplum illustris Dominus de BERGER in Elez. jurispr. crim. Cap. 2. m. 4. §. 5. ita refert: Inquisitus ob sodomitiam cum cane, einer englischen Doge, ad paenam ignis ducebatur: at vero singulari Dei munere liberabatur. Cum enim Advocatus quidam cum ceteris spectatum exiret, actis tantisper introspeclis, animadvertisit, canem tempore exerciti facinoris, gravidam fuisse, quam ob rem animo suscipiendo defensionem rei publice protestatus, ne pena in praesenti executioni mandareretur. Tum requisiti a defensore artis venatoria periti censuerunt, pro conditione canis fieri non potuisse, ut crimen consummatum esse diceretur, quum canes, quae uterum gestant, antequam peperint, coitum non admittant. Efectit, ut fustigationi solummodo locus sit relictus. Conf. de LEYSER Medit. Spec. §89. n 9. Iam si ejus-

ejusmodi reclamatio actus executionis hodie fiat, hem ! quæso necessitatem praesentiae judicis, ut emer- gente hoc singulari porrigit aures, modicum execu- tionis interstitium et de vita hominis cunctationem, quæ nunquam longa, penitus. Accedit, quod favor innocentie sit maximus, neminemque lateat, ad extrema usque defensionem non ab ipso inquisito solum, sed et a tertio urgeri posse. KAYSER pr. crim. Cap. 7. §. 7. ZIEGL. dicast. concil. XXXI. num. 6. Incumbit autem advocato, fundamentum defensionis allegare, vel de calumnia jurare, BARTH. Hodog. for. p. 973.

§. VI.

Quandoquidem vero non suopte ingenio inquisiti De revo-
sed ab aliis, etiam clericis, inducti confessionem suam catione,
refellunt; Hinc est quod Imperator art. 31. et 103 C. C. clericu-
terse disponit: Jedoch so haben etliche der Beichtväter finitu-
einen Misbranch, daß sie die Armen in der Beichte
unterweisen, ihre Sage, so sie mit Wahrheit gehan- fadū.
haben, am letzten zu wiederrufen: das soll man bey den
Beichtvätern, so weit es geseyn kan, fürkommen;
it. Die Beichtvater der Uebelthäter sollen sie nicht weisen,
was sie mit Wahrheit auf sich oder andere Personen
bekannt haben, wieder zu läugnen. Caveat sibi sacerdos
abs ejusmodi suggestionibus, ne ipse periculum suspen-
sionis vel remotionis ab officio incurrat. RHEU. disp.
de misericordia intemp. Cap. 9. n. 80. Licet vero in me-
dium prolata indubitati juris sint, attamen possunt
casus verae innocentiae provenire, in quibus nulla tem-
poris aut loci differentia erit statuenda, quandocunque
innoteantur. Et in his faciat sacerdos de consilio B.
ICTI DANTIC. WILLENB. in Sched. de officio min. eccles. erga
condemn. ad mortem: Cap. 2. § 4. Vnde ratio colligendi:
Vbicunque minister ecclesie condemnatum habet curandum,
quem confessum quidem criminis esse defrehendit, at ex tadio
vita,

❧ ❧ ❧

vita, inhumanitate tortura, aut alia de causa, interim revera innocentem, vel nocentem quidem ex alio crimen, non vero hoc, ob quod ad mortem condemnatus est, ibi officio suo congruit ut fudderat haec fibi fatenti, quid faciendum: Scilicet, admoneat eum, ne veritatem diutius occultet, sed eam judici, cum omnibus circumstantiis, manifestet, et quare constans in confessione sua perseverare nequeat. CLASEN ad art. 31. C. C. MANZIUS ad artic. 103. Imo si sacerdos inquisitor ad hoc perducere nequeat, tunc ipse pro misero illo verba faciat, et causam eius apud judicem peragat. BRUNN. Pr. inq. Cap. X. n. 14. Neque jam adducta nullius sunt momenti, sed mente sedulo expendenda. Proinde etiam necessitatem presentiae judicis in executione confirmant. Quippe satis superque nos edocent exempla, quae scilicet post OLDEKOP. obs. crim. impressa leguntur, quamplures olim delicta quidem confessi, postea tamen innocentes sunt reperti. Intueamur trigesimum secundum. Erat absque certitudine delicti in terris bremensibus tortus, N. N. et confessus, quod servum suum, qui tamen postea vivens deprehendebatur, occidisset, et refert OLDEKOP „cum ad locum supplicii deduceretur innocens, et „a pastore, ut veritatem libere profiteretur, admonitus fuisset, „respondit, servum non interfeci, at, quid juvat veritatem dicere, „interfeci eum, et ita ultima est passus.

S. VII.

De Confessione atrocioris vel diversi delicti. Sequitur, ut etiam de hoc cogitemus, scilicet, in confessum venit atrocious delictum vel diversum, quam quod erat ante sententiam in actis. Est in stylo Collegiorum juridicorum, quando supersunt non confessa, apparentia tamen, addere in rationibus decidendi, wegen des anscheinlich auch von dem inquisitor begangenen — — — wird der vorbereitende Beichtvater mit demselben amtspflichtig zu handeln haben. Quid juris itaque circa confessionem spontaneam?

spontaneam, vel ad sacerdotis interrogationem factam? Distinctio opus erit. Quod si enim inquisitus novum delictum sacerdoti sub rosa referat, tunc omnia doctrinæ de sigillo confessionis committo. *Vid. BEIERI, aliquarum scripta specialia. Conf. CARPZ. I. Conf. L. 2. Tit. 18. Def. 25. BRVNN. pr. inq. Cap. 8. m. 2. n. 40.* Imo judici non licet de hoc esse inquisitori. *WILLENB. cit. I. C. 3. S. 8.* Quodsi autem reus crimen ita manifestat, ut simul etiam ad judicem deferatur, hujus omnino est differre executionem. *Vid. CARPZ. Pr. crim. Q. 137. n. 12.* Utterior enim facti perveftigatio alia hucusque arcana in latencem forte proferre, ut et pecunarum cumulatio, vel ob aggravantes circumstantias illarum exacerbatio, quæ nondum exulavit a foris nostris, locum habere potest. Præterea etiam inquisitus denuntiat interdum complices vel patrati aliis delicti authores, quo quidem casu non diversum erit statuendum, ob faciliorem probationem, facta confrontatione.

§. VIII.

Transeamus nunc ad illum, inter possibiles, casum, *De gravi-*
qui in cit. diss. *Amseliana ex avocacia* referrur. *Femina da semi-*
nempe ad supplicium fere deducta, proclamat, se esse
gravidam. Identitas rationis, quæ indifferenter in
omni partu obtinet, non finit distinguere inter concu-
bitum licitum vel illicitum, nec inter matrem partui
proximam, vel quæ concepit modo, cujuscunque sit
conditionis. *CARPZ. Pr. crim. qu. 118. n. 54. BRVNN.*
Pr. inq. Cap. 8. m. 5. n. 29. Ideoque latet tunc temporis
fententiae accedo, quod scilicet differenda sit executio,
donec exploratam habeat index veritatem, et mulier
vel per principia demonstrata, vid. *CARPZ. Q. 137.*
n. 24. erroris et calumniæ suæ possit convinci, vel si
confitatur de graviditate, ad tempus editionis partus
servari. Quo excluso tamen, non præcise sex hebdo-
mades



mades erunt largiendæ, nisi vicaria laetatio deficiat. vid. RICHTER. Dec. 8. n. 7. In non ultimis, corporis tamen afflictivis, poenis, idem erit statuendum, ne abortus fiat. CARPZ. cit. loc. n. 21. Evolvantur in genere l. 3. D. de pœn. l. 18. ff. de statu hom. nec non Disp. LEYSERI de favore, qui prægnanib[us] et puerperis vulgo tribuitur. Meum erat, necessitatem presentiae judicis, in executione criminali, qua hunc passum, brevibus monstrasse.

§. IX.

Timor tu-
multus.

Quodsi ejusmodi tempora incident, et res ita sint desperatae, ut judicia ordinaria respuant, prudentis omnino judicis personam requiro. Habuimus exempla plebis rebellis, et inquisitum liberare audentis. Quid consilii in arena? cedendum est temporis, BRVNREM. Pr. inq. Cap. 10. n. 3. et differenda executio, donec cessaverit periculum, cum absque strepitu et ordinario processu nonnunquam illa demandetur. Vid. CARPZ. Pr. rer. crim. Qu. 137. n. 13. et 14. in fin.

§. X.

Epilepsia.

Cogitandum vero in hoc filo etiam de casu inquisiti procumbentis humi, epilepsia, vel alio deliquio mentis correpti. Obstat salutis æternæ cura, quo minus ejusmodi hominem e medio tollamus. Vid. BERGER. Eleæt. jur. crim. Qu. 2. pag. 219. Sed tantum spati largiamur, opus, ut mens possit redire, et compositionis transeat ad cœlites. Si paroxysmi plane non cessant, et unus alterque sequitur, tunc reducendus miser, cum haud raro pena decrescat, et v. c. loco rotæ, supplicium gladii sumatur. BERGER. cit. loc. Cap. 3. p. 219. CARPZ. Pr. rer. crim. Qu. 18. n. ult. WERNHER. P. 3. obs. 123. P. 4. obs. 15.

Si



Si furor supervenit, etiamsi pro affectatione
tantum sit praesumptio, verbis *Anselianis* non subscribo:
præstat furiosum, instar bovis cornupeta, quandoque maestare,
quam reipublica nocere. Colligo contrarium ex scriptis
virorum sat magni nominis, BRVN. WERNH. CARPZ.
et aliorum, qui id indubitanter adfirmant, quod, du-
rante furore, nemini sit capitalis pena irroganda.
Interim tamen iudex statum miseri exploret. Vid.
CARPZ. Qu. 145. n. 28. Nunquam enim, teste OLDEKOP,
obs. 23. p. 159. iste morbus drepente, aut ex abrupto incedit,
absque per aliquod tempus progressu, quod verissimum esse,
tradit, non solum in his, qui alias nunquam insanierunt, quam
in iis, qui per circuitus quosdam insanient. Malitiis nil
quidem indulgeo, attamen a recto tramite iudex ne
aberret, sistat executionem, et ob id ipsum præsens sit.
Conf. HOMMELII *diff. de Paenit.* ob imbecillitatem mentis tempe-
randis, una cum multis aliis, quos largiter allegavit
Fac. Iurid. Rostoch. ad casum Rostoch. nuperum. vid.
Selecta Iurid. Rost. Fas. 7. Spec. 2.

§. XI.

Sunt quoque, medios inter Christianos, testibus *De Atheb*
actis, nonnunquam inquisiti irreligionarii, Athei, et ad *vel impa-*
ultimam vitam stationem hypocrita. Ponamus inqui-
situm peccitantiam agere nolle, tunc quidem iudex *nitente.*
criminalis præfractarium cura sacerdotis studiose
commendet, ut jaeturam animi avertat. Quodsi tamen
citra spem conversionis obsurdescat, non potest non
justitiae divinae relinqui, ne maneat delicta impunita.
Vid. LVD. Crim. Proc. p. 134. §. 14. BRVN. Pr. ing.
Cap. X. n. 16. Mutabimus vero quæstionem, cogitantes,
de inquisito, qui in monte calvariae, vel patibuli scala
ambit admitti ad confessionem, rogat absolutionem,
et sacram synaxin. Varii sunt casus. Primus esto:
quando plane pervicax fuit, absque respectu ad religio-

B 2

nem,



nem, aliis, quando diversæ; a dominante in loco, religionis affecta noluit hanc amplecti, vel etiam quando judæus, similisve ad christianismum converti recusat. Quia emergens prius, non credo esse satis, si pastor in arena faciat officium, propter nimis arctum respescendi et debite meditandi spatum. Praesertim cum haud raro accidat, ut miseri nec orationem dominicam, nec decalogum intelligent, sintque stupidi. Vid. OLDEKOP, ols. crim. t. 5. §. 20. LYNKER. disp. de eo, quod justum est circa canam sacram, Cap. V. §. 22. Expedit ergo, ut judex, perseveranti bona in illa mente, unum, vel ad preces ejus alterum diem serio pœnitendi, relinquat, eumque in finem executionem sistat, ejusque terminum prolonget. Quia casum medium non ignoro, ministrum ecclesiæ, v. c. in loco lutherano tentare posse, absque impetu, conversionem Pontificii vel Calviniani, quoniam, vi legum imperii, inter nos concedi deber confessionarius diversæ religionis christiane, ne, ut recte scribit WILLEMBERG. de off. min. eccl. erga condemnat. C. I. §. 4. conscientia impediatur: add. ejusd. Disp. de impen. ad mortem condemnato, et omnino ej. spec. Diff. de tempore, ad pœnitendum dando, condemnato ad mortem, qua rec. est Lips. 1751. Sit itaque in promtu minister, purioris religionis, cui in extremis cedat pontificius, vel alius, quando perimendus vult mori ut Lutheranus. Quia absolutionem vero, sacramenti dispensationem, ut et executionem, dubius hæreo, an in arena fieri queant, id satius esse putans, ut omnes hi auctus per aliquod tempus differantur, primumque inquisitus dogmata recte perdiscat. Quod denique attinet ad Iudeos, similisve, tam propter baptismi necessitatem, quam præparationis negotium, utique inhibendam esse executionem arbitror. Vnde etiam ob varia hæc emergentia judicis præsentiam desidero et autoritatem.

§. XII.

§. XII.

Quid vero de casu , quando summus Princeps in Deprinci-
extremis aggratiationem facit proclamandam ? Ubi ipsi pum eg-
judici hocce negotiorum per speciale rescriptum commis- gratatio-
sum, ante omnia attendatur, num, simul de certo tem- ne.
poris spatio aliquid præscriptum, quod utique servan-
dum; aut nihil præterea expressum, & tunc curabit ju-
dex, ne declarationem præcipitando , indignationem
promereat; aut illam nimium differendo , plane in cul-
pa sit, ut lethalis iactus carnifiscis, aut bombardæ ipsum
declaimantem præveniant. Quantopere aberraret judex,
si absens negotiorum tam arduum incauritus alteri forte
committeret , et tunc adversi quid accideret. Curet
præterea, ut condemnatus, cui scipenumero alia, arbi-
traria nimirum, destinata manet pœna , tranquille re-
ducatur, nec plebis fiat tumultus. Observabit item, ut
misero , gravissimis perturbationibus debilitato , per
medicamina, venæsectionem, &c. debite succurratur.
Quid in hac subita & insperata catastrophe clericorum
sit, discant ex præceptis prudentiae pastoralis. Ichno-
graphiam exhibit WILLEMBERG cit. loc. §. 21. Cap. 2.
verbis: non existimamus ab eo illum confessum posse recedere, Clerico-
quasi jam cesset officium, sed ipsi erit materia differendi , tum de rum offici-
indignitate delinquentis, tum etiam de gratia Principis. Admo- um.
nendus inquisitus de vita relliis instituenda , et cogitet, præ-
sita & eatenus expedita non fuisse sine utilitate generali et
speciali.

§. XIII.

Alius casus. En occurrit meretrix, quæ, album, De Inter-
uti olim, mucinium in via emittens, conjugium cum cessione
moribundo ambit. Legatur B. Dn. CARMONII Diff. meretri-
cis.
de intercessione feminarum pro capite damnatis. Quæritur,
num admittenda, ideoque suspendenda executio, vel

B 3

minus?



minus? Pro affirmativa militare videntur verba *can. 20.*
X. de spons.: *Statuimus, ut omnibus iis, qui publicas meretices de lupanari extraxerint, et in uxores duxerint, quod agunt, in remissionem peccatorum proficiat.* Ast vero, absit ejusmodi textus applicatio. Novimus pœnarum mitigationes, maxime in favorem matrimonii contracti, de quibus late egit *B. Dn. Cancell. de KLEIN in spec. diff.* Nec minus constat, quatenus etiam pro matrimonio contrahendo, mortis pœna remitti queat, si v. c. *pælla vi stuprata stupranti, si rapta raptori nubere velit, c. 5. X. de rapt.* In casu tamen jam memorato, argumenta pro remissione vel pœnae mitigatione, licet ea Farinacius rationi & aequitati non esse contraria vocet, nil relevant; sive desumantur a favore matrimonii, sive ab opere charitatis, sive a pena aequipollenti ex matrimonio cum meretrice; ne dicam, quod a foris nostris plane aliena sint, nec ulla attentione digna, cum & communia & provincialia jura ne punctum quidem de his referant. Consuetudines, si que tales in Gallia & Hispania superfluit, foedam supponentes lupanarium licentiam, ad irrationabiles jure meritoque recensentur. Quoniam vero Princeps in delictis, ex jure humano puniendis, etiam ob intercessionem feminae gratiam largiri potest, *BR VNN. ad l. 27. C. ad leg. Iul. de adult.* sequitur inde necessitas præsentiae judicis, in ultimo actu executionis criminalis, ut dato casu executionem suspendat: *Vid. CARPZ. pr. rer. crim. Qu. 149.* Es ist auch aber, auf den Fall einer ledigen Dirne, ic. De jure Prutenico priori, *Lib. VI. Tit. II. art. I. et II.* intercessio talis plane prohibita erat, in renovata vero §. 1. in fin. mutatio ita legitur: welche (aggravationis nempe rescriptum vel contra) allemal von uns oder unserm Hofgericht einzuhösten. De casu, si damnatus ducere nolit ambientem, *Vid. Disp. CARMON. C. 3.* nec non *Schnetneriana, De matrimonio cum damnato ad mortem contrahendo: it.*

DVNTEN

D V N T E N Cas. Conf. C. 18. Seit. 3. Qu. 13. it.
SPEIDEL, et DOEPL locis concorrentibus.

§. XIV.

Nor omne suspendium nec omnis gladii ictus *De infelici feliciter cedit.* Ruit patibulum, rumpitur restis vel *executio-* scala. Ferias fecit OLDEKOP. obs. crim. Tit. V. obs. 9. n. 19. *nisi successu* it. CARPZ. Pr. rer. crim. Qu. 88. n. 32. nec non co-
ceii in Disp. spec. Ad hæc Duumviri illustres Gryphici, Dn. de BALTHASAR, et Dn. ab AEMINGA, diversis hoc thema tractarunt disputationibus. Prior sub rubro: *de pena capitalis executione perfecta non iteranda:* alter ad inscriptionem: *de executione pena capitalis interrupta, iteranda et consummanda.* Vterque Dominorum singulari studio et opere suam prosequutus est senten-
tiam, nec mihi sumo litis esse diribitorem. Interim tamen, quoniam in dissensione homines id melius statuere debeant, quod tutius, hac in discordia, sic judex habeat, ut non stricto inhæreat juri, sed aequi-
taris ratione ductus, sique res, qua vitam perimendi, adhuc est mediocriter integra, executionem fistat, et Principi summo referat, cuius proinde gratia ulteriora relinquuntur. Quodsi autem judex perspiciat, vitam rei non posse servari, tunc curet, ut quam citissime absolvatur extinctio; qualem etiam post tertium ictum expeditam fuisse accepi. Prospiciat etiam ne plebs invehat, lapidibus et glebis sepenumero minitans, quando carnifex sua arti defuerit, prohibeatque sub pena corporis afflictiva, imo capitali, ne quis vim inferat: vid. art. 27. C. C. it. das Rostockische Stadts
Recht, de 1757. Tit. 18. Postea vero inquiratur de infelici successu, et cum constet de negligentia, vel culpa carnificis, arbitraria de illo pena, etiam relegationis temporariae, sumatur. CARPZOV. Pr. rer. crim.
Qu. 137. n. 68.

§. XV.

De sortitione, bellicae.

Pertinet huc quoque casus sortitionis penalis bellica, quoniam illa in loco supplicii fieri solet, et idcirco aut praefecti, aut officialis ad hoc delegati, (des die Execution commandivenden Officiers) personam requirunt. Differit de hoc arguento *Dn. Io. Frid. HARNVSBERGER in Disp. spec. Argent. 1684.* Non est hujus sphæræ, multis huic immorari capit. Laudatus author jam sicut in præfamine dissertationis legum militarium segetem Tractatio exponit iustitiam, causas, modos, fines et effectus. Instrumenta sunt schedulæ vel astraguli, et junioribus solet plerumque prærogativa concedi, neminiisque licet pro altero sortiri. Aggratiationis speciem esse, nullus dubito, cujusquidem ratione judicis attentione opus singulari, ut omnia fiant absque dolo et fraude. Possunt præterea in continentia varia problemata oboriri, arbitrum requiringta, ut executio sit differenda. De Decumationibus Romanorum vid. *HOEPFERVS, in disp. de ritu decimat. vet. rom. et sortit. ad mortem.*

De inquisiti relatu

Argumentum, quod est in substrato, reperit memoriam inquisiti carnificis, qui ob necem servi sui gloriae, capit is damnatus, in ultimis temeraria suscepit. De penitentia et devota meditatione monitus, omnia sprevit, subinde jactans, conatum executionis frumentum esse futurum. Educitur ad locum supplicii, et ibi adveniens, obtutu aquilino defixus haeret in persona carnificis, ultima peracturi. Accidit in puncto, ut callida machinatione suas manus vineulis liberaret, et impetu subitaneo rueret in hunc, a quo mortem meruebat. Robore et viribus illum superans, post aliquem conflixtum, eum pedibus subjicit, et ereptum ipsi gladium omni nisi ex vagina extrahere allaborat.

Iudicium



Iudicium criminale, cui jam ante temeraria ferocitas delinquentis satis tempestive innouerat, et quod oppositionem violentam hominis suspicabatur, prudenter jusserrat, carnificem in speciem tantum se hominum oculis sistere, qui sub pallio gladium obsoletum et in extremitate vaginæ clavis bene firmatum gestabat. Alterum vero carnificem cum ense aptissimo procul inter circulos, locum supplicii stipantes, itidem pallio cinctum, clam locarat. Cum ergo inquisitus in pectore sibi subjacentis staret, ac corpore inclinato omni conamine evaginationem gladii tentaret, alter carnifex haec tenus latens, subito ex insidiis prorumpit, spectatores interstantes clam nutu removet, eructori succumbentis a tergo se appropinquans, uno, eoque felicissimo ictu caput ipsi detruncat. En novum emergens, quod evincit, necessariam esse in executione criminali iudicis praesentiam.

§. XVII.

Frequentissimæ sunt in Anglia orationes et ad populum alloquitiones inquisitorum. Queritur, num ^{De oratio-} etiam his in terris ultimo supplicio affiendo ejusmodi ^{ne inquisi-} sermones sint indulgenda? Et responderetur, quod non. ^{ti ad ple-} Quodsi enim pro se defensorie loqueretur, extinctioni vicinus, facile hoc multitudinem irritaret ad misericordiam intempestivam, qua in tanto irregulari confluxu periculosa posset emergentia habere, quibus in instanti impar judex foret: si vero contra se sermonicaretur, ecquid proficeret? turbaretur sane in ultima et merito pia meditatione. Proinde judex vel antecedenter desuper rogatus, vel præsens, uti et eapropter par est: in executione criminali, neutiquam huic desiderio annuat, sed sua potius autoritate obstet.

C

§. XVIII.

§. XVIII.

De sacerdotis ad populum sermonem.

Quod attinet ad ministrum ecclesiae, negare non possum, habere illum facultatem ceterum alloquendi, modo sibi caveat a propalantibus singularibus contra leges ac magistratus. Cujus quidem erroris exemplum, nostri avi, acceperimus de pastore, qui, extincto fure laqueo, docuit, suspendii pœnam juri divino adverfari. Quodsi ejusmodi indigna hodie sacerdos moliatur, tunc iudex utique potest & debet, quibus par est mediis, il lud impedit, aut rale quid suspicans, tempeſtive caveare, aequa ac ſi ultima mortui facinorofis elegia declamaret, quod ad actus pertinet honoris, & pars eſt ceremoniarum honestæ sepulturæ. vid. WILDVOGEL *de eo quod inſum eſt circa concionem funebrem*, Cap. IV. §. 7. Curabit iudex porro, ut sacerdos tam diu maneat in loco supplicii, usque dum condemnatus plene fit extintus. CARPZ. Qv. 137. n. 39. Variant suppliciorum genera, quorum una ſpecies altera lentior procedit, ut in crurifragio a pedibus incipiente, vivicomburio et ſimilibus. Unde non ſufficit, ex tædio tristium adſpi-ciendorum, ultimam perimendo impertiri benedictionem, & quaſi jam cefſet officium, abire. Ecce novum argumentum, ex quo de necessitate praefentiae judicis conſtat.

§. XIX.

De appella-tione ad tribunal Christi.

Tandem paucis differendum de extrema provocatione ad tribunal Christi, vel citatione ad vallem Iosaphat. Scriperunt de hoc themate uno plures ex professo. vid. COR TREJVS, cuius 1665. habita diff. 1730. quinta vice recufa, item GERHARDVS Theol. Ien. alii que, quorum circa hanc rem ſtudium nemo ignorat. Adſunt relationes historicæ, in quibus non ex desperatione, vel vindicta, ſed ob acta minus recte inſtructa, vel affectus judicis tumultuarii, haec talia contingerunt

gerunt, & revisio actorum facta saniora efficit, ita ut acerbe sint puniti judices. Spreto hocce inquisitorum ultimo refugio, nonnunquam judicii inopinata accidunt. Vacat unius exempli, ab laud. auth. in cit. diss. propositi, mentionem facere. Ita vero ille: *genibus in-*
nitebatur reus. En morior, inquit, *injuste, teque judicem*
voco hac hora ad tribunal Christi, ut respondeas, cur me inno-
centem condennes; *Vix autem miser ile manu carnificis obrun-*
catus erat, & corruerat judex exanimis. Sic quidem olim
eiusmodi provocaciones factae. Liceat inde argumen-
tum deducere ad tempora nostra. Ex eventu non fa-
cile judicandum, arramen praesens sit judex. Quid vero
consilii in substrato? Authores ita: *Quod si aetla sint a ju-*
dice satis discussa, & de facto ipso ac commissi delicti veritate ple-
nissime constat, tunc non est, quod metuat judex, aut reum diu-
tius servet. Tantum abest, ut *eiusmodi citatio vel nocere iudici*
posse, vel conscientiam eius gravare, ut certissimus potius esse
possit, quod præmia potius administrare iustitia, quam pericula
ipsum sint mansura. Si vero fluctuat index, seu contrarii pro-
babilis metum persentisicit, non est condemnandus, sed quan-
tum fieri potest, pena differenda, ut, de novo instituta actorum
revisione, vel inquisiti innocentia appareat, & lata retrocedetur
sententia, vel si contrarium evenierit, confirmetur: vid. COR-
TREIVS, I. c. ir. GRANZ Defens. ing. Cap. V. m. II. Sect. 3.
art. 16. Ast vero a me impetrare non possum, ut unius
personæ arbitrio & affectui arduam hanc rem relin-
quam, quæ plurimum animorum motus & suffragia re-
quirit. Vid. COTHM. Vol. I. Resp. 15. n. 233. Ponamus
inferiorem judicem, id quod plerumque fit, executio-
nis actum ordinare. Num fieri potest, ut de consilio su-
pra scripto faciat, litterarum sc̄epenumero expers, & al-
bum a nigro discernere ignorans? Ne dicam, quod
hujusmodi prætoribus, per Nemesis causarum crima-
lium, disculfo plane sit interdicta. CARPZ P. 3. Qv.
I 16. n. 17. Pone, alium judicem, etiam versatissimum
 in



in jure, & Dicasterii afferrem suppicio interesse, & de injuria sibi facta inquisitum conqueri; annon tunc temporis clamor moribundi, tot spectatorum copia, animum ejus turbatum impediret, quo minus de actis inquisitionalibus æqua lance cogiter? Appellatio ad tribunal Christi remedium est novæ defensionis, quod nemini, excepto casu cavillationis, abnegandum. *Vid.*
KAYSER pr. crim. pag. 775. BERGER El. crim. pag. 224. Delicti veritas, eiusque plenissima probatio non obstat, quo minus, ex novis momentis, delinquens spem reformatioriae concipere possit. Proinde etiam legibus criminalibus convenire hoc passu executionis dilationem, adfirmare liceat. Nam quotiescumque alia, præter innocentiae præsumptionem, æquitatis et iustitiae ratio executionis dilationem suadet, toties est differenda execu-
tio. vid. AMSEL. disp. Nec non inter partes officii judicis recte refertur, quod severitatem legum cum temperamento quodam benignitatis subsequi debeat. Accedit, quod, in foro criminali, non de glande legenda, vel tritico legato, sed de sanguine agatur et hominis vita.

T A N T V M.



CONSULTISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
DOMINO DOCTORANDO,
T A D D E L I O

FAVSTA QVAEVIS APPRECATVR,

P R A E S E S.

Es mihi, *Vir Consultissime!* grata, amena atque opportuna occasio, Illustri nomini TADDELIANO testandi meam mentem deditissimam. Habuit aula Meckl. in Tuo Perillustri Dn. Avo, Regim. Meckl. Consiliario, B. Iac. TADDELI O, virum eminentissimum, vid. Reftorale progr. funebre. Habet Patria PATRVS, viros primicerios, quos designat dedicatio Tua, Fautores meos, omni observantia colendos. Habebat B. Dn. PARENTEM Ecclesiae Rostochiensis, Doctorem Theologum summe Reverendum et Verbi Divini Ministrum, ad ædes sacras, Petrinam, atque Catharinianam, longe facundissimum, religiosissimum, ejus, mei Fautoris, et Amici selecissimi, memoria nunquam mihi, absque intimò affectu, imo lacrymis, recurrit. Habuit et Academia nostra inclytos Taddelios Professores, ELIAM, Theol, Prof, hinc Amstelodamum vocatum et BERNHARDVM,

de quibus vid. das Etwas, von Noſt. Gel. Sachen, juxta indicem.
Habet Rostochium Dn. Fratrem, Marianum Ecclesiasten meritissimum.
Videmus efflorescere sex Taddelios, Viros - Iuvenes, Patriorum tuo-
rum inelytorum, jam ante nominatorum, filios, ad magna natos. Gra-
tulor mihi, quod eorum quatuor ad meos humanissimos referam Au-
ditores, Gratulor mihi, quod et olim in nonnullos dictorum aliquid meæ
operæ conferre uili fuerit datum. Tu, Vir Praeſtantissime! me pariter au-
divisti ſedulus. Deuentum fuit, abſoluto eurſu, ad examen et probasti
Te Virum: Cogitasti de diſſi, inaug. et en! paginas praecedentes obtu-
liſti, vere tuas. Liceat mihi, ante votum, ut aliqualem, hujus diſerta-
tionis mihi vindicare queam particulam, adjicere, etiam folius lufus, in
ſeria tamen cauſa, teruncium. Agis de emergentibus in aetu execu-
tionis criminalis, quæ ſunt eandem. Addo, quod plures nequitiae
atque artificia maleſana queant injicere remoras. Incidit ſallus autor
libri, qui inscribitur: Reynke Voſ de Olde. Evolvatur, liber ille
impressus, qua rariorem editionem, heic Rostochii, by Ludowich Diez,
im Jar na Christi Gebort, duſent, vysbundert, negen un veertich.
Vid. Etwas, ex anno 1744. p. 117. f. ubi vita et fats Autoris, heic
Rostochii defuncti: et maxime ALCKMARVS ornatissime instruens
at instructu. Evolvatur, qua paſſum intentum, Lib. I. Cap. 21. seq.
Astutissimus Reynke ad laqueum, propter innumeratas nequitias, erat
condemnatus. Vid. p. 78. a, ubi ascendit ſcalam, cum reſte et comi-
tantibus trahentibusque liſtoribus. Sed audi catastrophē, ex verſi-
culis capit̄ XII.

Reynke was im Angeste groth,
He dachte, möcht ich in deller Noth
Un recht nu in deller Stundt
Binden enen nyen Wundt,
Dat my de Künink dat Levent geve.

Per gi

Pergit et invenit spatium temporis, eine Galgen-Frist, per editionem pénitentiae externæ et formularis: recentet nequitias quasdam, a prima juventute commissas et arriguntur omnium, ad misericordiam usque, aures. Gravat autem passim et suum criminis primarium solum, Iupuna Isegrym. Audiatur, per lineolas deceptas;

Darna kam ick by Isegryme — —

He schulede under einen Boem,

Um reckende sick, dat he were myn Øhm.

Do ick en hörde sūs de Fründschop vertellen,

Alsobalde wörd wy alldar Gesellen.

He stall dat grote und ick dat kleine,

Dat wy kregen, dat was gemeine.

Doch nich so gemeine, so et scholde,

Weute he deslede ydt, so he wolde.

Nümmer krech ick recht myn deel haff.

Dat wy eine Øffen este eine Ko

Bengen, ya denne quemen dartho,

Syn Wyff un mit er sōven Kinder.

Ich krech nowe den minsten Ribben.

Hadden se dat Flesch all affgegnagen,

Darmit mochte ick my vordragen.

Sed ad rem:

Doch — — ick hadde des nen Noth,

Weute ick hebbe noch den Schatt so groth.

Reineke refert sua mendacia de insigni thesauro occultato et addit aliquid de conspiratione; Tribus: Suspenditur executio et vulpes, adeo splendide atque callide mentiendo causam suam agens, plane non suspenditur.


Lusi satis: Legantur, si placet, ulteriora, ex libro ingenioso, per secula ad primarios relato. Est plenus antiquæ, Germanorum præsertim, Iurisprudentiæ, unde et expectat, utrum frustra, dissertatio, sub tit. *Iurisprudentia Reinkevossiana*, ambientem responsum. Qui præterea casum, oclies, maxime ob revocationes, transmissum, legere cupit, evolvat *Selecta Iurid. Rost. fasc. 2. Spec. 9. et 10.* de intervenientibus, ob rationes reddendas, alibi. Creditores in genere, in frangenti, non erunt audiendi. Nolo consumere meis lineis plures paginas. Absolvo easdem gratulatione et voto. Illa et hoc Te, *Vir optime!* concernit. Gratulor egregia studia et voveo, velit divina gratia Te, in gloriam aeterni Numinis, Patriæ et florentissimæ Familiae decus et ornamentum propriumque commodum, ulterius promovere, quam solemnissime. Mihi cedet idem, quamdiu admirari aliquid, in hac vita, potero, in singulare gaudium et, si valeo, omniibi Tuus ero: Esto mutuo meus: Servet utrumque Deus. Dab. Rostochii, anno M D C C L I X., die XXIV. Augusti.



Rostock, diss., 1759-76

X 228 42 89





Pa. 35. num. 8

13

Q. D. B. V.
DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS,
DE
NECESSARIA IVDICIS *1753, 7.*
AD ULTIMVM VSQVE
EXECVTIONIS CRIMINALIS
ACTVM PRAESENTIA
QVAM,
SVFFRAGANTE MAGNIFICO JCTORVM
ORDINE,
SVB PRAESIDIO,
DN. ERN. IO. FRIED. *Manzeln,*
SEREN. DVCIS REGN. MEGAT.
CONSILIARI CANC. ET CONSIST. GRAVISSIMI, ITEMQVE
PAND. PROF. P. O. FAMIGERATISSIMI, TOTIVS ACAD.
ET AMPL. FACULT. IVRID. SEN. VENERANDI ET AD H. A.
DECANI SPECTABILISSIMI, STVDIORVM SVORVM
PROMOTORIS MAXIME COLENDI,
PRO LICENTIA
SVMMVM IN VTROQVE IVRE
GRADVM CAPESSENDI,
ANNO MDCCCLIX. DIE XXX. AVGUST.
H. L. Q. C.
IN AVDITORIO CELEBERRIMAE AD VARNVM
ACADEMIAE,
PVBLICE DEFENDET
IOH. FRIEDER. TADDEL,
ROSTOCHIENSIS.
ROSTOCHII,
LITTERIS ADLERIANIS.

